



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Tribuat tibi s[e]c[un]d[u]m cor tuum, & omne consilium tuum co[n]firmet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Tribuat tibi scdm cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.

Certe summe caendum, ne pro tyrannis & qui non nisi sua querunt, sic ore
mus, nisi in hoc cum illis sentiamus, quod nullus princeps, non uelit sua flore &
in pace abu ndare, cum propter pacem & bella geratur, sed ita pro ciuii eorum
bonitate precemur. Magis tamen, pro bono principe intelligitur orare, qui
enim talis est, multis impetrat aduersarijs, praeceps ab illis ipsi malis tyran-
nis indigeret, diuino auxilio, quo sua consilia & desideria contrarios imple-
antur. Non enim pro tyranis, sed pro eo quem tyraani presumunt inique, oran-
dum est. Necq; filii Israe pro hostibus suis, sed pro David rege suo orabant, in
debellandis aduersarijs laborante. Ita & nostri, illi Turci uora Martes, qui con-
tra Turcas insaniunt, orationibus magis nitit deberent q; viribus, quod cum
non faciant, sintq; ipsi peiores Turcz, populum Christi ustantes, nescio-
nati contra eos an contra Turcas orare debeamus. Certe, ut hodie res ha-
bent, non modo pro Imperatore, Regibus & Principibus orari oportet, ut eor-
um cor & consilium impletatur, sed ut cor eorum aperiatur & intelligent, qui
sint ueri hostes Ecclesie, in quos consultare, & cor commouere debeat, dos-
nec enim ceci non uident, q; nos ipsi egeamus castigatione, quomodo consul-
tare possunt pro quo eorum consilio implendo, orate debemus. Inuenire ta-
men est aliquot inter eos, qui ceci non sunt & rebus nostris consultum uelint,
pro his dicamus & ardenter dicamus: Tribuat tibi dominus scdm cor tuum,
& omne consilium tuum impleat, siue ut noster dicit, confirmet.

Orationibus
no viribus co-
tra Turcas ni-
tendum.

Lætabimur in salutari tuo, & in noë dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas.

Impleat, hic dicit, cum idem uerbum superius, confirmet, reddiderit varius
interpretes. Verbum hoc, Lætabimur, psalmo. v. diximus significare latitatem uo-
calem, seu iucunditatem uerborum, qua solent homines gaudium suum iacta-
re: Sonatq; hoc loco in exhortatione, tanq; ab ijs dictum seu dicendum, qui pra-
lium ineunt, & superba fiducia iactant auxilium domini super se in salutem,
sicut illi Iudicum. viij. Clamauerunt, gladius domini & Gedzonis. Et quo mo-
do Iosuæ. vij. Clamauerunt filii Israe & mox ceciderunt muri Hiericho. Et rex
Abia. ij. Paralip. xij. eodem exemplo cum suis uociferans quinquaginta mi-
lia occidit de filiis Israe. Sed & nunc etiam perfeuerat usus militum, iactantium
ducis sui nomen & gloriam ad animandos se aduersus hostes, prorsus cum
affectione & ritu, sed pium & religiosum, hic uersus docet.

Hunc sensum confirmat uerbum sequens, magnificabimur, quod perperam
a nostro redditum, a Hieronymo uertitur, ducemus choros, nec hoc sat. Alij,
Insignes & nobiles erimus, dicunt. Volunt alij uerbum cafrese esse, Dæzel
enim uexillum, seu insigne exercitus significat. Inde hoc uerbu, נִזְגָּול, signficare id, quod uexillum erigemus, seu si sic liceret dicere, uexillabimur,
wollen panier vßwerffen, quod & ipsum est, opus primum in cœtum, unum
solum uoce clament, sed & signa sua iacent, sicut uiri Gedzonis non solum
tubis sonabant & uociferabantur, sed & lagenas, uice uexillorum complode-
bant & iactabant.

Igitur in salutari tuo, id est, inuocata salute tua per fidem, Lætabimur & cla-
mabimus lætantibus, & in nomine tuo, id est, inuocato nomine tuo, eadem fide
uexilla